

n. 456, *Veronicus* n. 461, *Voranicus* n. 466, .. *allicus* n. 466, ... *cumicus* n. 467, vel in OCVS, ut sunt *Clangocus* n. 436, *Fervalocus* n. 437, *Laepocus* n. 443. 444. 449. 453, vel in INVS, ut sunt *Lotticinus* n. 433, *Megaplinus* n. 447. 448 (quocum confer simile cognomen tituli suspecti tamen n. 446); accedunt formae adhuc solitariae *Boviadus* n. 434. 436, *Ventinarius* n. 428, *Extionius* n. 456, *Marxius* n. 449. Cognomina quoque vel praenomina formae antiquioris multa inveniuntur insolita, quamquam non eadem declinationum constantia; nominabuntur haec virorum: *Domator* n. 449, *Domus* n. 443, *Hospolis* n. 449, *Hostus* n. 431, *Lamberus* n. 449, *Lomoliavus?* n. 450, *Lucumo* n. 428, *Lupo* n. 455, *Mercius?* n. 449, *Meris* n. 461, *Messius* (praen.) n. 449, *Metellus* (praen.) n. 443, *Pletor?* n. 449, *Volso* n. 463, *Voltimesis* n. 461. 465 .. *tabina* n. 432; item mulierum *Hospita* (praen.) n. 454, *Marcella* (praen.) n. 449, *Ovia* (praen.) n. 449, *Pepa* n. 450, *Regilia?* n. 449, *Reg...* n. 443, *Ternila?* (praen.) n. 449, *Tuia* n. 443. Ubi cum his Histriam reliquam comparamus, nihil tale invenimus in Polensibus Parentinisque, ubi omnia sunt mere Romana praeter unum *Galgestes* gentilicium (n. 164; cf. *Gal-*

gestia n. 163). At plura similia habent tituli Albonenses et Flanonenses, ubi reperiuntur gentilicia *Suioocus*, cognomina praenomina virorum *Germus*, *Hostus*, *Lambicus*, *Plesontes?*, *Tritus*, *Vesclevesis*, *Volses*, *Voltimesis*, mulieris *Velsorina*; item Tergestina territoriique Tergestini, ubi reperiuntur gentilicia *Flaemicus* n. 421, *Turicus* n. 477 — *Fasacus* n. 410 — *Acisinus* n. 491, *Cornuinus?* n. 417, *Leucinus* n. 402, *Megaplinus* n. 500, *Mercusinus* n. 617. 625 et *Marcosenus* n. 571. 616, *Sabe...nus* n. 421, *Surinus* n. 483. 603 — *Lucanus* n. 523. 609 — *Meter*, *Metra* n. 401. 618; cognomina vel praenomina virorum *Boius* n. 579, *Cofius* n. 419, *Mato* n. 404, *Tommus* n. 381. 417, *Raecus* n. 501, *Velso* n. 420, mulierum autem *Menda* n. 381, *Orfa* n. 402. Sed nomenclatura haec, quam proprie Illyricam dicere licebit, etsi similia reperiuntur eum alibi tum maxime in Lusitanis, maxime gentilicia in *-icus* et *-ocus* veram sedem et tanquam domicilium habent in Piquentinis, ut qui aliquando in populorum horum origines inquirent, iis his inscriptionibus vel maxime standum sit utpote unis in tanta remotae antiquitatis obscuritate certis et fidis ducibus.

427 Rozzi.

I·O·M
OPPIVS
SEVERIA
NVS
5 V·S

Kandler ms. a Losero.

428 ara scripta litteris antiquioribus. Extra Pinguente in ecclesia S. Thomae in fundo Gravisi DELLA CROCE. Petrus Emo, qui praefuit castello Raspo a. 1757—1759, translit Venetias KANDLER Istr. 1848 p. 55. Venetiis in atrio domus Emo ad S. Simeonis parvi PELLEGRINI (1790). Nunc in museo Obiciano Catai.

SALVTI·AVG·
PRO·INCOLV
MITATE·PIQVENT
L·VENTINARIIS
5 LVCVMO·
ADIECT·IVNIC
V·L·L·S·

Contuli. Della Croce p. 340, quem habuisse a Francolo auctor est Kandler Istr. 1848 p. 56 ipso Irenaeo tacente (ex Crocio Mur. 21, 5; Carli vol. 1, 75 cf. p. 229, vol. 2, 135; Orell. 1577). Descriptam ab Augustino comite Carli-Rubbi et Delfico Neapolitano misit Marinio D. M. Pellegrini Venetiis 6 Mart. 1790 (cod. Vat. 9057; cf. Arval. p. 410 n. 68). Cavedoni Catajo p. 95 et *Bullett. dell' Inst.* 1848, 102; Labus in actis Vindob. maior. 1, 344; Furlanetto lap. Pat. p. 49 n. 55; Kandler n. 476.

Titulum damnavit Orellius, sed recte tuentur eum, quorum quidam etiam viderunt, Cavedonius Labus Furlanettus Henzenus (in add. ad Orell.). — 3 PINQVENT vel PINGVENT Carli ex interpolatione.

429 Mlum KANDLER (ms.).

SILVANO
V·S

Kandler ms. et n. 480 ex schedis Hattingeri.

430 prope Rozzum fuit in ecclesia S. Mauri in mensa arae, nunc ecclesia disiecta extat in aedibus Susich.

D M
L GALLIVS SIL
VESTER MIL
CHORT II PRAET
5 SIBI ET PARENTI
BVS EX HS IIII
T F I

Contuli. Habet Kandler ms. et in Istria 1847, 244 et in syll. n. 502.

431 Rozzi.

ABALICA
HOSTI·L
QVINTA

Kandler ms. a Losero et a parrocho Micetič.

1 ABALIG Mic., ABALIO Loser. — 2 HOSTI·L Mic.

432 ex rudibus ecclesiae S. Mauri delata in vicum vicinum Collinassi.

M·AGORNC
CF
ABINA

Descripsi.

433 in Rotio Tergestinae dioecesis ANTIQVVS similiterque DELLA CROCE. Rozzi nella chiesa di S. Pietro a piè dell' altare TOMM. Venetiis in seminario Salutis, donata da' sacerdoti Giulio ed Alessandro Molin, il cui genitore aveala dall' Istria trasportata al suo palazzo nella contrada di S. Pantaleone CICOGNA atti dell' Inst. Ven. 1855/6 p. 306.

C·BOICO·AVITO
F·ANN·XVIII
C·BOICVS·SILVESTER
ET·LOTTICINA
5 MARCELLINA
V·F
ET·SIBI
Descripsi. Habent Antiquus Tergestinus auctus apud Bembum f. 105' et Peutingerum cod. 526 f. 110' et Tomitanum f. 19; Tommasini Istr. ms. p. 716 et ed. p. 537; della Croce p. 348 (inde Mur. 1142, 7); Carli 2, 293; Kandler n. 506; Cicogna cod. n. 907; Moschettini mus. della Salute p. 95.
2 XVIII reliqui, XVII ego errore.

434 Selzae in eccl. S. Helenae. Frustra indagavi.

BOVIADAL/IERA/
ANN XX
BOVI MV

Kandler ms.

435 in Drauchi [Draguch] castro in agro Pinguentino CARLI p. 289. Rozzi CARLI p. 264. Nunc in museo Obiciano Catai, sed immutata.

CASSIA
LVCI·F
SECVND·A
AN·LXX·X

Contuli partem priorem. Hier. Gravisi misit Carlio 2, 265 (inde Kandler n. 510); Carli 2, 289 vidit; Furlanetto lap. Pat. p. 360 n. 440 (cf. p. 535).

1. 2 CAESIA|LVCI Carli 289.

436 Pinguente verso levante della porta maggiore nel muro del castello DELLA CROCE. Adhuc extare scribit CARLI.

L·CLANGOC
ADVENTO·ET
BOVIADAE·M
XIMAE·LIB·PR
5 ISCILLAE·MA
XIMVS·F·PAR
ENTIBVS
V·F

Duo exempla extant Tommasinii Istr. ms. p. 712, ed. p. 534, qui addit 'ho copiato di nuovo le lettere della iscrizione come stanno', et Irenaei della Croce p. 340 (inde Mur. 1248, 8; Carli 2, 108; Kandler n. 474).

1 L·CLANCOLO, 3 BONIADAE·M, 4. 5 LIB·PRAE|L·SCILLAE della Croce.

437 litteris bonis et magnis Rozzi in muro circum ecclesiam.

L·FERVA
LOCO
PVDENTI

Contuli. Habet Kandler ms. Integra est.